

Quomodo Alexander fecit legi  
coram suis milibus epistolam  
missam a Bario et voluit nuncios  
suspendio puniri.

## Enientes ita:

¶ q3 qui missi fuerant a Ba-  
rio imperatore ad alexan-  
dru. obtulerunt ei epistolas missam a  
Bario cum vna canera aurea pila et  
zocha. Alexander precepit illam coram  
omnibus publicari. Milites siquidem  
audientes epistole tenore non modice  
cum turbabant. Videns autem alexan-  
der tristes factos. dixit eis. O comi-  
litones mei forissimum quare corda  
vestra ex vobis epistole Barii como-  
uentur. An nescitis quod canes qui mul-  
tum latrant nullam habent lesionis effi-  
cacia. Nos itaque credidimus quod epi-  
stola in aliquo verum dicat. hoc est de  
auri multitudine quam Barius dicit  
se habere. Et ideo oportet nos cum eis  
preliari viriliter. Quia multitudo  
auri eiusdem cum eo pugnare ardentissi-  
me compellit. Et hec dicens precepit mili-  
tibus suis ut nuncios Barii cape-  
rent. ipsosque crucis patibulo torquerent.  
Et illi ceperunt altis vocibus cla-  
mare. Rex alexander que culpa ve-  
get in nobis pro rege nostro quod debeat  
mustormeta subire. Quibus alexan-  
der respondit. Victa imperatoris ve-  
stri hoc facere me compellunt. qui  
vos ut ad latrunculum destinavit.  
Et illi responderunt dicentes. Non scri-  
psit imperator noster hec. Quia ma-  
gnitudo vestra sic sibi penitus est igno-  
ta. Dimitte nos. quod erit sibi tua gloria  
per nos reuelata. Alexander autem pre-  
cepit illos dimittere. et ad conuiuium  
inuitari. Sedenibus illis dixerunt

alexandrio. Rex si vestre placet ma-  
iestati imperate ut equites mille no-  
biscum veniant. quia Barium in ma-  
nibus eorum trademus. Quibus ale-  
xander respondit. Letetur animus  
vester in hoc quod sedens. quia pro tradi-  
tione vestri regis vobis non dabitur  
vnus miles. Illi itaque die precepit  
alexander epistolam scribi Bario  
in hunc modum.

Epistola missa ab alexandrio  
Bario imperatori.

## Alexander fili

a us Philippi et Olimpiere  
gine Bario regi regum pa-  
renti solis qui lucet vna cum perfidis  
dys. dicendo. Mandam si bene vo-  
lumus inspicere veritatem propria non  
sed mutata viciate possidemus que  
tenemus. Quia cum omnes in rota  
fortune volubili militemus. sepiissime  
de diuitiis in paupertatem. de leticia  
in tristitia. de altitudine in profun-  
dum. et contrario variamur. Non er-  
go debet aliquis cum in sublimiori par-  
te rote resideat. tantum in sua perfidie  
celsitudine quam pro superbia eleuatus  
ac in vanam gloriam deductus facta de-  
spiciat minimorum. cum minimus se-  
piissime extollatur. et altissimus usque  
ad puluerem deprimatur. Turpi-  
tudinem atque dedecus esse putato tam  
lucidissimo imperatori prout ab ho-  
minibus esse despicieris mihi paruo  
et humili talia destinare. Tu enim es  
par soli et in trono missus a dys sedi-  
cis cum dys perfidis residere. Sed cum  
dys sunt immortales. mortalium habere  
confortium penitus vilipendunt.  
Mortalis certe sum ego. et sic ad te  
venio quasi cum homine mortali.